

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarius (Lectionarius) - Cod. Aug. perg. 16

[S.l.], [11. Jh.]

Leo papa: sermo

[urn:nbn:de:bsz:31-6697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6697)

ricordia te redemit Xpe dñs nr:

III
EITEM ALIUS
 DE SUPRA
XULTE MUS
 In dño dilectissimi
 & spiritali iocunditate lacrimam
 quia illuxit dies redemptionis noue
 pparationis antiquae felicitatis & eterne;

Reparat enim nob̄ salutis nrae annua
 reuolutione sacramentum ab
 initio pmissum. In fine redditū
 sine fine mansurum; In quo di
 gnū est nos sursum erectis cor
 dibus diuinum adorare m̄y
 sterium. Ut quod magno dñ
 munere agitur: magnis eccle
 siae gaudiis celebretur.

Os enim omps et clemens: cu
 ius natura bonitas: cuius uo
 luntas potentia: cuius opus
 misericordia est: statim ut
 nos diabolica malignitas ue
 neno suae mortificauit inui

diae. praeparata renouandis
 mortalibus peccatis suae reme
 dia. Inter ipsa mundi primor
 dia praesignauit. Denunti
 ans serpenti futurum semen
 mulieris. quod noxi capitis
 elationem sua uirtute conte
 reret; Xpm scilicet Incarne
 dñm hominemq; significans.
 qui natus ex uirgine. uiolato
 rem humanae ppaginis. incor
 rupta natiuitate damnaret;

Nam quia gloriabatur diabo
 lus hominem sua fraude dece
 ptum diuinis caruisse munerib;
 & immortalitatis dote nudatū.
 Duram mortis subisse sententia;
 seq. in malis suis quoddam de
 praeuaricatoris consortio inue
 nisse solatium. dñm quoq; iuste
 seueritatis exigentem rationē
 erga hominem quem tanto ho
 nore condiderat antiquam
 mutasse sententiam. Opus fuit

III Tu autē d̄. qui hodierna die p̄ salute humani generis
 in carne manifestari uoluisti. miserere nob̄.

dilectissimi secreta dispensati
one consilii. ut incommutabi
lis deus cuius uoluntas non po
test sua benignitate priuari.
primam pietatis suae dispo
sitionem sacramento occul
tiore compleret. & homo di
abolicae iniquitatis uersutia
actus inculpam. Contra dei p
positum non periret.
I ngreditur ergo haec mundi
infirma filius dei. de caelesti
sede descendens. et a paterna
gloria non recedens. nouo or
dine noua natiuitate gene
ratus. Nouo ordine. quia
Inuisibilis in suis. uisibilis factus
est in nostris. Incomprehensibi
lis. uoluit comprehendi. An
te tempora manens. esse coe
pit extempore. Uniuersi
tatis dominus seruilem formam
obumbrata maiestatis suae
dignitate suscepit. In passi

bilis deus. non dedignatus est
homo esse passibilis. Et immor
talis. mortis legibus subiacere.
Noua autem natiuitate gene
ratus. quia inuiolata uirgini
tas concupiscentiam nesciuit.
substantiam ministravit.
Assumpta est de matre domini natu
ra non culpa. Creatura est for
ma serui. sine conditione ser
uili. & nouus homo sic contem
peratus est ueteri. et ut uerita
tem suscipere & generis. et uitium
excludere & ueritatis.
Uerax namque misericordia dei.
cum ad reparandum humanum
genus ineffabiliter ei multa
suppeterent. hanc potissimum
consulendi elegit uiam. qua
ad destruendum opus diabo
li. non uirtute uteretur po
tentiae. sed ratione iustitiae.
Nam superbia hostis antiqui.
non in merito sibi in omnes ho

mines ius tyrannicum uin
 dicabat. Nec indebito do
 minatu premebat. quos a
 mandato di spontaneos
 In obsequium suae uolun
 tatis illexerat. Non itaq
 iuste amitteret originale
 humani generis seruitute
 nisi de eo quod subiecerat
 uinceretur. Cum igitur
 misericors omnipotensq
 saluator ita susceptionis
 humanae moderaretur
 exordia. ut uirtutem inse
 parabilis a suo homine dei
 tatis per uelamen nrae in
 firmitatis absconderet.
 Illusa est securi hostis astu
 tia. qui natiuitatem pueri
 in salutem humani generis
 procreati. non aliter sibi
 quam omnium nascentium
 putauit obnoxiam.
 Uidit enim uagientem atq.

lacrimantem. uidit pannis
 obuolutum. circumcisioni
 subditum. ei legalis sacrifi
 cii oblatione perfunctum.
 Agnouit deinceps solita incre
 menta puericiae. et usq. ad
 iuriles annos de naturalib.
 nondubitauit augmentis.
 Inter haec intulit contume
 lias. multiplicauit iniurias.
 Adhibuit maledicta. obpro
 bria. blasphemias. Conuitia.
 omnem postremo in ipsum
 uim furoris effudit.
 Omnia temperamentorum
 genera percurrit. Et sci
 ens quo humanam naturam
 infecisset ueneno. Nequa
 quam credidit transgressio
 nis exsortem. quem tot do
 cumentis didicit esse morta
 lem. Persistit ergo improb.
 praedo. et auarus exactor.
 In eum qui nihil ipsius habe

bat insurgere; Et dum uitia
tae originis prae iudicium ge
nerale persequitur. Cýrogra
phum quo nitebatur excedit.
Ab illo iniquitatis exigens poe
nam. In quo nullam repper
rit culpam. Soluitur itaq;
lociferae pactionis male sua
da conscriptio. fortis ille. neci
tur uinculis suis. et ligato mun
di principe. captiuitatis uasa
rapiuntur. Redit in hono
rem suum. ab antiquis conta
gis purgata natura. Mors
morte destruitur. natiuitas
natiuitate reparatur. Quo
simul et redemptio aufert
seruitutem. et regeneratio
mutat originem. et fides iusti
ficat peccatorem. Quisq;
igitur xpiano nomine pie
et fideliter gloriaris. reconci
liationis huius gratiam. iusto
perpende iudicio. Tibi enim

quondam abiecto. tibi extru
so paradýsi sedibus. tibi per
exilia longa morienti. tibi
incinerem et puluerem dissolu
to. Cui iam non erat spes ulla
uiuendi. per incarnationem
uerbi potestas data est. ut de
longinquo ad tuum reuertaris
lucorem. Recognoscas pa
rentem. liber efficiaris ex seruo.
de extraneo proueharis in filium.
Ut qui ex corruptibili carne na
tus es. ex di spū renascaris.
et obtineas per gratiam. quod
non habes per naturam.
Habentes ergo tantae spei fidu
ciam dilectissimi. In fide qua
fundati estis. stabiles pmanete.
Ne idem ille temptator. cuius
a nobis dominationem xpc ex
cluse. aliquibus nos iterum
seducat insidus. & haec ipsa
praesentis diei gaudia. fallaci
ae suae arte corrumpat.

Iuident simplicioribus animis
 de quorundam pestifera per-
 suasione. quibus hic dies sollem-
 nitatis nostrae. non tam de natiui-
 tate christi. quam de noui ut dicuntur
 solis ortu. uidetur honorabilis.
 Quorum corda uastis tenebris
 obuoluta. et ab omni incre-
 mento uerae lucis aliena sunt.

Trahuntur enim adhuc stultissi-
 mis gentilitatis erroribus. &
 ministria mundi luminaria di-
 uino honore uenerantur.

Quae etsi mirandam habent pul-
 critudinem. adorandam tamen
 non habent deitatem. Illa er-
 go uirtus. illa sapientia. illa
 est adoranda sola maiestas.

Tu autem qui uniuersitatem mundi cre-
 auit ex nihilo. et in quas uolu-
 it formas. atque mensuras. ter-
 renam caelestemque substantiam
 omnipotenti ratione produxit.

Sol luna. et sidera sint commoda

utentibus. sint speciosa cernentibus.
 sed ita ut de illis gratiae refe-
 rantur auctori. & adoretur deus
 qui haec condidit. non creatu-
 ra quae seruit. Laudate igitur
 dominum dilectissimi in omnibus
 operibus eius. atque iudicis.

Sit in uobis indubitata creduli-
 tas uirgineae integritatis.

et partus reformationis huma-
 nae sacrum diuinumque myste-
 rium. sancto atque sincero. honora-
 te seruitio. Amplectimini

christum in nostra carne nascentem.
 ut eum uidere mereamini deum
 gloriae in sua maiestate re-
 gnantem cum deo patre & spiritu

sancto Amen.



**SERMO BE-
 ATI PULCEN-
 TII ARCHIEPI-
 SCOPIS DE NATALIS ONI-
 UPIENTES**

Aliquid de huius diei
 sollemnitate narrare. simulque.

III. Tu autem deus. qui hominem perditum. tuo per carnem aduentu reparare
 dignatus es. miserere nobis.